

contraria accedente, inundantes: hinc donec iterū exoriatur, se sorbentes. Nec unquā eodem tempore quo pridie reflui, ut ancillatē sidere, trahenteq; secū auido haustu maria, & assidue aliunde q̄ pridie exoriente: paribus tamen intervallis reciproci, senisq; semper horis, nō cuiusq; diei aut noctis, aut loci, sed æquinoctialibus: ideoq; inæquales vulgarium horarū spatio, ut cumq; plures in eas aut diei aut noctis illarum mēsuræ cadūt, & æquinoctio tantū pares ubiq; . Ingens argumentū plenūq; lucis ac vicis ēt diurnæ, hebetes esse, qui negēt subtermeare sidera, ac rursus eadē resurgere, similemq; terris, imo uero uniuersæ naturæ exinde faciē, in iisdem ortus occasusq; operibus: nō aliter sub terra manifesto sideris cursu alioūe effectu, quā cū præter oculos nostros feratur. Multiplex etiā mū lunaris differentia, primūq; septenis diebus. Quippe mo dici noua ad diuiduā æstus, pleniore ab ea exundant, plenaq; maxime seruēt. Inde mitescūt. Pares ad septimam primis. Iterūq; alio latere diuidua augentur, In coitu solis \* pares. Planē eadem aquilonia, & à terris longius recedente mitiores, quā cum in austros digressa, propiore nisu vim suam exercet. Per octonos quoq; annos ad principia motus & paria incrementa centesimo luna reuocatur ambitu, \* augētē ea cuncta solis annuis causis, duobus æquinoctijs maxime tumētes, & autumnali amplius q̄ verno. Inanes uero bruma, & magis solstitio. Nec tamen in ipsis, quos dixi, tēporū articulis, sed paucis post diebus, sicuti neq; in plena aut nouissima, sed postea: nec statim ut lunā mūdus ostendat occultetūe, aut media plaga declinet, uerum duabus fere horis æquinoctialibus serius, tardiore semp ad terras omnium quæ gerūtur in celo effectu cadente q̄ \* nisu, sicuti fulguris & tonitrus & fulminum. Omnes autē æstus in oceano maiora integūt spatia inundatq; , quā in reliquo mari: siue quia totū in uniuersitate animosius est quā in parte, siue quia magnitudo apta sideris vim laxę grāsātis efficacius sentit, eandē angustius arcētibus. Qua de causa nec lacus, nec amnes similiter mouētur. Octogenis cubitis supra Britannia intumescere æstus, Pythias Masiliensis autor est. Interiora autē maria terris clauduntur ut portu. Quibusdam tamē in locis spatiosior laxitas ditioni patet: ut pote cū plura exēpla sint, in trāquillo mari, nulloq; uelorum impulsu, tertio die ex Italia prouectorum Vticā, æstu feruētē. Circa littora autem magis q̄ in alto deprehēduntur hi motus: quoniā & in corpore extrema pulsum uenarū, id est, spiritus magis sentiūt. In plerisq; tamē æstuarijs, propter dispares siderū in quoque tractu exortus, diuersi existūt æstus, tēpore nō ratione discordes, sicut in Syrtibus. Et quorūdā tamē priuata natura est, uelut Tayrominitani Euripisæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Æstus idē triduo in mēse cōsistit, septima, octaua, nona; luna. Gadibus, qui est delubro Herculis pximus, fons inclusus ad putei modū, alias simul cū oceano augetur minuiturq; , alias uero utrūq; cōtrariis tēpibus.

\* pares planē. Eadē aq.

\* augētibus

\* nisu

Eodem in loco alter oceani motibus consentit. In ripa Bætis oppidū est, cuius putei crescētē æstu minuitur, augetur decedente, medijs temporum immobiles. Eadē natura in Hispali oppido unū puteo, cæteris vulgaris. Et Pontus semper extra meat in Propontidē, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.

Miracula maris.

CAP. XCVIII.

**O**mnia plenilunio maria purgantur, quædā & statō tpe. Circa Messanā & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamenta, unde fabula solis boues ibi stabulari. His addit (ut nihil quod equidē nouerim præteream) Aristoteles, nullum animal nisi æstu recedente expirare. Obseruatū id multū in Gallico oceano, & dūtaxat in homine cōpertum.

Quæ potestas lunæ, & terrena, & marina.

CAP. XCIX.

**Q**uo vera coniectatio existit, haud frustra spiritus sidus lunæ existimari. Hoc esse quod terras saturat, accedensq; corpora impleat, abscedens inaniat. Ideo cū incremento eius augeri cōchylia, & maxime spiritum sentire quibus sanguis nō sit. Sed & \* sanguine hominem etiā cum lumine eius augeri ac minui: frondes quoq; ac pabula (ut suo loco dicetur) sentire, in omnia eadem penetrante vi.

\* sanguinem hominum

Quæ solis, & quare falsum mare.

CAP. C.

**I**taq; solis ardore siccatur liquor: & hoc esse marsculum sidus accepimus, torrens cuncta sorbēsq; . Sic mari late patenti saporem incoqui salis, \* aut quia exhausto inde dulci tenuiq; , quod facillime trahat vis ignea, omne asperius crassiusq; linguatur. Ideo \* summa æquorum aqua dulciorem profundam. Hanc esse ueriores causam asperi saporis, q̄ quod mare terræ sudor sit æternus, aut quia plurimum ex arido miscetur illi uapore, aut quia terræ natura medicatas aquas inficiat. Est in exemplis, Dionysio Siciliæ tyranno cum pulsus est ea potētia, accidisse prodigiū, ut uno die in portu dulcesceret mare.

\* Aut, nō est in veteri exemplari.

\* summam æquorum aqua dulciorem profundam.

Item de natura lunæ.

CAP. CI.

**E**contrario ferūt luna fæmineum ac molle sidus atq; nocturnum soluere humorem, & trahere, nō auferre. Id manifestū esse, q̄ ferarum occisa corpora in tabernā \* nisu suo resoluat, somnoq; sopitis torporem cōtractum in caput reuocet: glaciem refundat, cunctaq; humifico spiritu laxet. Ita pensari naturæ uices, semperq; sufficere, alijs siderum elementa cogentibus, alijs uero fundentibus. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum esse, sicut in marinis solis.

\* nisu, ut ca. 97 propiore nisu vim suā exercet.

Vbi altissimum mare.

CAP. CII.

**A**ltissimū mare xv. stadiorū Fabianus tradit. Alij i Pōto ex aduerso Coraxorū gētis (uocāt Bathea pōti) trecētis fere à cōtinēti stadiis imensā altitudinē maris tradūt, vadis nunquā reptis.

Miracula aquarū, fontiu, & fluminū.

CAP. CIII.

**M**irabilis id faciūt aq̄ dulces, iuxta mare ut fistulis emicātes. Nā nec aq̄rū nā à miraculis cessat. Dulces mari inebuntur, leniores haud dubie

dubie